OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=11916 page 1/3
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 2846
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

Archidiac. *Averſanus* in Regno *Neapolitano*, quemque jam anno 1472. prelo produxit *Auguſtae Joh. Schüſslerus* f. niſi anterior etiam ſit Editio loco, annoque carens pariter f. Eodem anno, locoque Verſionem noſtram impreſſit primum *Günth. Zeinerus* f. Secutae plures Editiones cum latinae, tum germanicae, ut Bibliographis notum. *Noſtram* dico Verſionem; id enim e collatione manifeſtum ſit. En Praefationis ſpecimen:

Codex.

In den nam der heyligen vnd vngetailten driualtikait vnd vnſer fraw dy ewigen magt, Ich hab gedacht ich well mich verſuechen, ob ich zw teuwſch mocht pringen das puechel Das da betracht, ob Iheſus marie ſun des recht hab gehabt, das er dy hell vnd dy tewffell hab berawbt &c.

Editio.

In dem namen der almächtigen vnd vngeteylten triualtigkeit vnd Marie der ewigen magt zu lob vnd zu eren allem hymeliſchen höre Ich hab gedacht ich wöll mich verſuchen ob ich zu teütſch müg bringen das buch daz do trachtet ob jheſus Marie ſun des recht hab gehabt daz er die helle vnd die teüfel herauſs beraubet &c.

Pauculas illas differentias progreſſui Seculi, et ſecundis curis adtribue. Cum enim Editio facta ſit a. 1472. Codex ſcriptus eſt atteſtante calce *Anno XVII°.* id eſt 1417. Additur: *Ich Johannes Pluemell.* Hunc porro, ut non tantum Scriptorem, verum ipſum etiam Interpretem habeamus, mea quidem opinione nihil obſtat.

CCLI.

R. 828 Codex chartaceus germ. Sec. XV. Folior. 208. f. per duas columnas exaratus, rubricis enotatus, et quondam ad nobilem *Trenbachiorum* Stirpem pertinens ſequentia continet: I. *Tractatus de Antichriſto et Diſcipulis eius &c.* Ita Capitum Rubricae jam latinae, jam germanicae ſunt. Incipit: *Wann manig in Diſer welt ſein, Dy layder Dy ſaligen ler Der prediger nicht achtent, Vnd noch Dy heylig geſchrifft ſelbſt nicht wellen leſen noch lernen, Vnd darumb Das ſy Der hayden puech ettlich taijl gehört haben, ſo wännent ſy maiſter vnd phyloſophy ze ſein* &c. Poſt hunc Prologum Opuſculum ipſum orditur a loco *Iſidori de ſummo Bono* et decurrit per Capita XXIV. quorum ultimum praenotatur: *De punitione anticriſty.* Rubricae hae latinae argumento ſunt, Commenta iſthaec ex illa Lingua in vernaculam converſa fuiſſe. Autorem tamen non reperi.

II. *fol.* 29. p. 2. ſequitur aliud de Judicio extremo hac Rubrica: *Von dem jüngſten tag vnd gottes gericht.* Initium eſt: *Der heilig*

2026-05-06

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=11916 page 2/3
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 2846
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

herr ſand pawls Sprüchet, *Der jüngiſt tag vnd gottes gericht wirt nicht*, *es werde der menſch Der ſunden der ſun der verlueſte ee geöffent* &c. Capita pariter XXIV. ſunt, paene omnia latine inſcripta, unde ſimiliter e latino converſa et veluti Pars altera Libelli praecedentis haberi poſſunt. Ultimum praefert: *Si anime dampnatorum noticiam habeant quid hic fiat*. Subſcriptum: *Nichs an Vrſach. O. V. Trenbach*. De hoc rurſum ad Codicis calcem.

III. *fol.* 53. *Hye hebet ſich an das püech das da genannt iſt Summa bonorum*. Initium: *Ein anfanck der Weyshait iſt gocz Voricht*, *Spricht Salomon*, *gocz voricht iſt der weg der den menſchen traidt von den ſünden* &c. Agitur articulatim de multiplici timore, de multiplici poena inferni, de multiplici ratione Deo reddenda, de multiplici cauſſa timendi mortem, de multiplici utilitate verbi Dei. Omnia portentoſis narratiunculis foeta; nec liquet Autor.

IV. *fol.* 119. *Von der Juden Irrſall vnd von irem Vngelawben*. Initium: *Allhie vernemt von den pöſen Juden gelawben vnd ir Irreſall. Sie leſent an dem pueche Zeſer Jebubos*, *Das iſt an dem vierden püeche talmüd* &c. Ut *Zeſer Jebubos* fortaſſe pro *Seder Neſikin*, ita plurima alia perſonarum, rerumque nomina corrupta ſunt in Libello, qui de Judaeorum odio in Chriſtianos, de Fabulis Talmudicis, deque Legibus agit, quibus haec Gens inter Chriſtianos vivere deberet. Inter alias de Synagogis: *Sy ſchullen awch kain newe ſchuel machen*, *vnd ſchullen die alten nicht vaſte zieren. Wer ein newe ſchuel machet*, *der ſoll den Lanndes herren fünfftzig pfundt golt geben* &c.

V. *fol.* 127. p. 2. a Judaeis tranſit Noſter ad Philoſophos. *Von dem Irrſall vnd von der Seckt der valſchen üppigkait vnd Rüemb der philoſſophyer*. Initium eſt: *Die philoſſopheyer habent zw dem erſten Vrhab vnd namen gewunnen von pitagoras* &c. Ita ruditer enarrantur diverſae Philoſophorum Sectae, eorumque ambitio et vanitas carpitur, et opiniones praecipue e *Salomonis* refelluntur Sententiis, id quod etiam in ſequentibus Tractatulis uſuvenit, ut adeo e quodam in *Salomonis* Libros Commentario decerpti videri poſſint.

VI. *fol.* 135. rubrica latina: *De Sompnijs et Diuinacionibus falſorum*. Initium: *Als künig Salomon an der vngelawben wert*, *alſo wert er auch an Träwm vnd an vorſagen gelawben* &c. Rurſus polemicum Scriptum.

VII. *fol.* 137. *Hye Mericket groſſe keczerey dye in der welde iſt*. De *Waldenſibus*, *Patarenis*, *Chazaris* &c. agit haec Compilatio e *Luca Tudenſi*, *Rainero Saccono*, aliis, multisque arguit Miniſtrorum Eccleſiae pravos mores, inſcitiam et ſocordiam, quorum cauſſa errores iſtius modi invaluerint. Mox ſub initium narratur: *Es was zu teweny ein Keczer maiſter vnd was ein hantſchueſter*, *der wart vberbunden*, *vnd do man in fürt zw dem tode*, *do ſprach er offen-*

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=11916 page 3/3
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 2846
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

offenlich: wir leyden pillich dicz vbel vnd verdammnüſs, wann ob vnſer orden nicht gemynnert wär, den tod, den vnns die criſten an legent, den hiet wir allen criſten pfaffen vnd laijen geiſtlichen vnd weltlichen getan. &c.

VIII. *fol.* 147. *All hie iſt mit fleiſs ze mericken, wie kunig Salomon lernt alle herrn kunig Herczigen vnd ander herrn die gebalt vber ander leüt haben, Got furichten ſchullen, ob ſy ebigklich nicht verdampnet wellen ſein.* Commentatio in *Sap.* C. I. v. 1. *Diligite juſtitiam* &c. et alia *Salomonis* Effata βασιλικα, quae tamen potiſſimum ſenſu myſtico exponuntur.

IX. *fol.* 169. p. 2. Expoſitio initii Evangelii *Johannis*. Recitatur usque ad *v.* 15. dein ſequitur *Gloſſa* hoc modo: *Die andern ebangeliſten ſchreibent, das vnſer Herr geporn ſey in der Zeit* &c. Succedit eadem ratione, quod a *Matthaeo* et *Luca* de Generatione humana et primordiis Servatoris traditur cum Expoſitione, quae tamen in putidas fabellas de itinere Virginis cum *Joſeph* in *Bethlehem*, et de Mulierum *Salome et Zeloney* in Partu praeſentia abit, e quo neſcio Pſeudevangelio hauſtas. Sub finem trium Regum ſive Magorum Nomina hebraice dicuntur *Apdius, Ameter, Daniſter*, graece *Galgalach, Sagalach, Sorat*, latine *Caſpar, Balthaſer, Melichior.*

X. *fol.* 185. finem Codici facit Tractatus grammaticus de VIII. Partibus Orationis ἐρωτηματικως procedens, latino germanicus in hunc modum: *Partes Die tail, orationis der red, quot wie vil, ſunt ſein? Octo acht. Que weliche? Nomen Der nam. pronomen der für nam. verbum das wort. adverbium das zue bort. participium die tailnembung. coniunctio die zamfuegung. propoſicio die fürſeczung. interiectio die vnterwerfung.* Quam parum in ejusmodi ſchola profecerit Scriptor, docet clauſula miniata: *dominus Ortolffum de Trenbach eſt iſſte Liber.* Nomen iſtud jam notavi ſupra N. II. Meminit Stirpis hujus olim per *Bavariam, Auſtriam*que celebris *Bucellinus Stemmatogr.* P. III. *Vol.* 2. p. 190. Codicem diutius in ejus poſſeſſione fuiſſe, docet Theca anterior, cui inſcriptum: *Dominus Thomas de Trenwach Miles*, adpicta etiam Inſignia cum Lemmate: *Gott Vermags*; praeterea Gladius cingulo ſuo obvolutus cum addito: *Zipern diuis*, cujus ſenſum adſequetur me acutior. Utriusque hujus Viri meminit *Bucell. citat.* cumque *Thomae* annum 1446. emortualem ſtatuat, Codicem mature ſcriptum fuiſſe oportet.

CCLII.

Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 97. 4. bene perſcriptus, minioque diſtinctus, et cum tot aliis a. 1540. ab *Joh. Fabro* Ep. *Vien.* condito a ſe Adoleſcentium ſtudioſorum ad D. *Nicolaum* Collegio donatus, ut Προγραμμα typis excuſum teſtatur, ſequentia continet Opuſcula: I. *De decem plagis egypti et de decem preceptis.* Genuinus de hoc argu- U. 66

mento

2026-05-06